



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Admirandvm vindictae divinae theatrvm

Tympe, Matthäus

Monasterii Westphaliae, 1611

Sanctorum irrisio

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51314)

organum huius excretionis est factum. aiunt
 autē illius vxorē fide fuisse clarissimā, eamq;
 dixisse: Decet te marite laudare saluatorem
 Christum quoniam tibi per hanc correptionem
 magnitudinem propriæ virtutis ostendit.
 Non enim agnoueras contra quem pug-
 nare voluisti, nisi consueta longanimitate hæc
 tibi flagella diuinitus intulisset. His ergo ver-
 bis & passionibus imminentibus caussam lan-
 guoris cognoscens, rogabat imperatorem, vt
 Ecclesia quibus fuerat ablata redderetur. Sed
 nec illum flexit, & ipse terminum vitæ susce-
 pit. Porro Felix & ipse repente flagellum vir-
 tute diuina suscipiens sanguine toto die simul
 & nocte ex ore fuso, & venis corporis vndiq;
 vacuatis, omniq; virtute simul expensa, & ipse
 celeriter est extinctus, aternæq; morti con-
 traditus.

Gregor. Turon. refert quomodo paganus
 quidam sepulchrum S. Helij Episcopi spolia-
 re instituens, ab ipso sancto tam diu extensis
 lacertis sit constrictus donec à populo depre-
 henderetur.

44.
 de gloria
 Confess.
 c. 62.

**SANCTORVM IRRISIO NON RE-
 linquitur impunita.**

SVr. tom. 3. mense Iulio, in antiquissima S.
 Carilephi vita: Mulier quædam Gunda
 nomine quam clandestinus supplantator ille-
 xerat spiritui sancto volens illudere, virili
 præsumpta veste, in beatissimi Carilephi mo-
 nastere

Vtinam
 nostri tem-
 poris muli-
 ercularum
 audacia
 hoc exēplo
 reprimatur

nasterium ingredi conata est, vt probaret verumne esset illius vaticinium, quo prædixerat sexui fœmineo nunquam datum iri copiam in illud intrandi: sed iusto Dei iudicio priusquam vel aspiceret cœnobij clausos aditus arrepta à diabolo retrorsum ruit, adeoq; fœde ab illo vexata est, vt dicere se pudeat. Caput enim illi adigit inter fœmora. sicq; factu est, vt quæ sacratis liminibus falsa oscula imprimere tentauerat, immundas sui corporis partes osculari cogeretur. sexumque ipsa suum, quem virili habitu tegere voluerat, cunctis cernere volentibus palam proderet. Ea res effecit vt deinceps eo se conferte mulieres assæ non sint.

SCHISMATICORVM PŒNÆ.

I.
Mirabilis
& terribilis
Deus in cõ-
silijs super
filios homi-
num, Ps. 65.
Anno
Chr. 607.
quidam schif-
maticus p-
pria manu
laqueo se
suspendit.
Ionas Ab-
bas.

ANNO Christi 570. Deus in vltionem Schismaticorum Episcoporum qui ab Ecclesia Romana desciuerant feros barbaros aduocauit, inq; gladium eorum eos primum cum sectatoribus suis tradidit consumendos. An non sunt hæc certa diuinæ vindictæ impressa vestigia? cum ipsi primum schismatici traditi sint à Deo ore gladij deuorandi, & ante omnes schismaticorum latibula, Aquileia, Mediolanum, &c. in prædam data Longobardis; Roma autem ipsa, quamuis à Gothis sæpe antea capta fuerit, à Longobardis licet inuadi, minime tamen comprehendi potuerit?